XXX. NOVARIA.

693* 'Lebetiorum typus', Gaudentius Merula ait in Terentiano (1543) f. F[3], 'solus est hoc quod 'nos incolimus oppidum [= Borgo Lavezzaro] nobile vetustum et memoriolis illustre. Vide hic 'ad sinistram in hoc cementicio pariete, qua in toto orbe terrarum nihil est festivius, inscrip-'tionem'. Quam deinde recenset, Tusculana est Grut. 950, 10 apud Merulam incipiens sic: MAXIMVS · GELIVS · PHOEBO (ex Merula Cotta mus. Novar. p. 242). 'Nunc istam vide', Merula pergit, 'que frequenti pedum attritu non obvia est legentibus omnibus'. Sequitur Campana I. N. 3580 apud Merulam sic expressa: ISIS · QVAE · ES · OMNIA · DO · TE · TIBI. Hanc item offendi in eiusdem Merulae schedis tabularii regii Taurinensis f. 390, ubi sic inducitur: 'me puero cum feni-'secas pater adduxisset iuxta Agoniam [= Arbogna] fluvium, qui per agrum nostrum dilabitur, 'in medio alvei tumuli partem effodit cum his characteribus'. Denique legitur in eiusdem Merulae memorabilibus l. 1 c. 8 (p. 58 ed. Lugdun. 1556). — Mala fraude haec proferri dubitari non potest.

694* Forolebitii apud Dominicanos.

V · S
DOMITIV / / TINVS VI / / AVG
HS / I / IN VSVM ROSA / / /
LEG . . . .

Gaud. Merula cod. tabul. Taur. f. 390. Hanc quoque non sine causa patriis eiusdem fraudibus accensebimus. Significatur autem tale quiddam: *Domitius Iustinus VI vir Aug. sestertium . . . . in usum rosalium legavit.*

695* de loco tacet MERULA. In agro Novariensi GRUT.

d. m m. plotio c. f. ann. ui agenti animulae dulcissimae iucundissimaeque infelix mater posuit aemilia

Gaud. Merula in Terentiano dialogo (1543) f. F[3], qui ait vidisse se. Inde pendet Grut. 1037, 4 e Velseri schedis, ut ait; ex Grutero Galleratus n. 48; ex Gallerato Fabrettius 700, 212.

696* Romae LIG. Retinui hoc loco, quoniam citatur apud auctores Novarienses.

ioui iunoni mineruae | tut. nouariae | m. aquillius q. f. florus | ti. claudius ti. f. drusus | ii uir colon. nou|ariens. august

Ligorius apud Gudium 1, 5.

697* effossa e vallo Novariensi.

mat . . b
protomae tres in aediculis

Borsieri l. 3 inscr. 9 ex Buscato et Carolo a Basilicapetri. Apud Galleratum ego non repperi. Borsierius autem cum praeterea Novariensia nulla habeat nisi ex Gallerato descripta, hanc qui indolem eius novit non admittet.

698* *nella Val d'Oscela.*

. . . . band . . . . gundio . . . . | ital . . . auspic

Ioh. Capis *mem. della Corte di Martarella* p. 104 q. n. v. (inde Cotta mus. Nov. p. 241).

699* Borgosesiae *'esiste tra le altre'* ROVIDA ad primam. Burgifranci seu Burgisexiae omnibus praescripsit MOLLI. *Scoperta nel 1756 dal sig. Perdorni e donata al marchese d'Addor* IDEM ad primam; *ora in casa del signor Castellardo* IDEM ad secundam; *gettate nelle fondamenta dell' oratorio di casa dai muratori che l'avevano disotterrate* IDEM ad primam et secundam. Relata rettuli.

1. HIC RVIT SIRIVS VALER . . .
2. C · GARVLLI MO
3. STATIA . . .
. . . .
. . . ARIA
. . . .
4. IOVI . . . .
5. M · C
6. C · M *piedistallo di statua; si interpreta* Caii Marii.

Omnes ut supra proponuntur ex schedis canonici Bartoli leguntur apud Mollium inter Panigoniana vol. C p. 113. Prima extat edita apud Providam *istoria della B. Panacea* 1765, 2 p. XXI. Frasconius cl. 3 n. 14 primam dat ex Rovida, cl. 3 n. 15 ex schedis suis, ut ait, n. 2. 3. 4. 5. Fraudis autem errorisve iustas partes quis in talibus faciet? 2 . . . C · GARVLLI . . . ., 3 . . . . STATIA . . . ARIA . . ., 5 . . . M·C . . . Frasconi.

700* Tituli quattuor hi:

Apro benemerenti qui uixit annis XXXII (Cotta mus. p. 5. 241; inde Mur. 1831, 3).
Desiderio pro Christo in pace (Cotta mus. p. 20. 242).
Fortunata (Cotta mus. p. 12. 241).
Marcianus Gaudentio cet. (Cotta mus. p. 14. 241; Mur. 1188, 2).

cum venerint una cum martyrum reliquiis in ecclesias dioecesis Novariensis, a nobis ex ordine Novariensium exempti sunt.

XXXI. VERCELLAE. SANTIÀ. BIELLA.

701* Vercellis.

diIs manibus sacrum | t. aelio pantagatho | ueterano ex coh. ui pr | uixit ann. lxxxiix m. iiii | t. aelio t. f. aemiliano | uixit ann. xxuiii | sex. aelius t. f. praesulus | leg. ex t. f. c

Ligorius ms. Taur. 18.

702* *in arco di marmo finissimo eretto dai Vercellesi* RANZO.

neroni claudio diui claudii filio caesari augusto | germ. pont. max | trib. pot. ii imp. i | uer. p. p

I. F. Ranzo ms. apogr. f. 160 (inde de Gregory *lett. Vercell.* 1 p. 60). *'Nell' originale del Ranzo'* (unde ego non habeo exscriptam) *'si trova due volte manipolata in maniera diversa'* Bruzza p. 136.

703* Vercellis.

imp. l. sept. seuer | huius urbis restitutor | p. p. domit. uestalis

I. F. Ranzo ms. autogr. f. 2', apogr. f. 162 (inde Ranza *iscr. Vercell.* p. 10 aliique), addens sua aetate repertos esse Vercellis nummos aureos et argenteos inscriptos L · SEV · PERT · VRB · RESTITVT. Intelleguntur nummi utriusque metalli vere inscripti *Severus Aug. Part. max.* | *restitutor urbis* (Cohen n. 360. 361). Nomen P. Domitii Vestalis venit ex titulo n. 6686.

704* Vercellis.

ⴰ constantio et galerio | fortissimis et nobb. caess | felices uercelle | uotis x annalib. multis xx annalib | feliciter ⴰ

I. F. Ranzo ms. autogr. f. 3', apogr. f. 164. Inde Ranza *quadro di S. Elena* 1784 p. 1 et de Gregory *lett. Vercellese* 1 (1819) p. 61. Damnat Bruzza Verc. p. 20.

2 in autographo ex NOBILISS· factum est NOBB.